

Item sacerdotes Rutheni, qui popones vocantur, ex singulis ecclesiis et synagogis suis mediam sexagenam grossorum solvent, prothopopones vero alias *namyesthniczy* per duos florenos in moneta solvent.

Item Valachiⁱ ex singulis laneis integris, si illos habent, vel areis, quae *dworzissza* dicuntur, sex grossos solvent. Et qui agros non habent, a singulo centenario ovium similiter sex grossos persolvent, tres videlicet pro prima et reliquos tres grossos pro secunda ratis, superius expressis^k

Ut autem supradicta ordinatio in exigendis contributionibus facta debitae executioni demandetur in^l et districtibus eius generosum^m exactorum constituimus et designavimus praesentibusque litteris nostris designamus et mandamus, ut in manus eius pro designatis temporibus easem contributiones persolvere curetis.

Vobis vero capitaneis, quorum interest, mandamus, ut praefato exactori nostro pro ratis et temporibus superius expressis sub poenis ad hoc constitutis absque cuiusvis morae et dilationis interventu de dictis contributionibus per eos, ad quos pertinet, responderi faciatis et vos ipsi respondeatis, negligentes vero in solvendo et contumaces per pignorationes et alias poenas solitas ad solvendum eosdum contributiones compellatis. Pro officio vestro et gratia nostra facturi.

Datum Vilnae, sabbato ante dominicam Reminiscere anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quarto [28 II 1534], regni nostri anno vigesimo octavo. Adⁿ mandatum proprium Regiae Maiestatis.

II. ^aLITTERAE UNIVERSALES DUCILLORUM^a

Sigismundus etc. Universis et singulis principibus tam spiritualibus quam saecularibus, reverendissimis et reverendis in Christo patribus, dominis archiepiscopis, episcopis necnon magnificis, generosis, nobilibus, famatis et providis, palatinis, castellanis, capitaneis, terrigenis, nobilibus, officialibus et eorum vicesgerentibus, heredibus, advocatis, scultetis civitatumque et oppidorum tam nostrorum quam quorumcumque subditorum nostrorum magistris civium, consulibus et communitatibus et generaliter omnibus subditis nostris spiritualibus et saecularibus cuiuscumque status, conditionis et praecminentiae existentibus, bona quaecumque tam spiritualia quam saecularia, civitates, oppida, villas, tabernas, possessiones et alia bona quocumque nomine nuncupata habentibus et signanter in terra^b et districtibus eius existentibus sincere et fidelibus nostris dilectis, salutem et gratiam nostram regiam.

Sincere et fideles dilecti. Noveritis communi omnium tam spiritualium quam saecularium consiliariorum nostrorum et nuntiorum terrestrium, in conventu generali Piotrkouiensi proxime praeterito congregatorum, voto et concordii voluntate exactionem ducillorum, quae *czopowe* dicitur, multis et arduis necessitatibus reipublicae ita exigentibus, decretam esse, quae inchoari^c debet a festo^d Annuntiationis sanctae Mariae proximo [25 III 1534] et continuari per integrum annum ad aliud festum Annuntiationis sanctae Mariae inclusive anni Domini millesimi quingentesimi trigesimi quinti. Exigetur autem et solvi ac exigi debebit eadem ipsa contributio ducillorum secundum antiquam consuetudinem, modo videlicet infrascripto ut quilibet cerevisiam

ⁱ W rękopisie MK i w AT: Vlachi. ^k W AT, z rękopisu zawartego w Tekach Górskiego, t. 2207 (B. Nar.), gdzie zresztą występuje pierwotna wysokość poboru 16 groszy od lana, później obniżona do 12 groszy, dodany został następujący tekst, nie znany MK: Item Iudaei omnium terrarum regni nostri tam de singulis mansionibus alias *od hrynthv* quascunque inhabitant, quam etiam de omni re pecuniaria et mercantiis quascunque et ubicumque habuerint eandem, a qualibet marca per grossos duos solvant et contribuent. ^l Pozostawiono w MK wolne miejsce. ^m Pozostawiono w MK wolne miejsce. ⁿ W miejsce tego zdania, którego brak w rękopisie zawartym w Tekach Górskiego, występują własnoręczne podpisy następujących senatorów: Mathias archiepiscopus manu propria ss.; Ioannes episcopus Poznaniensis ss.; Andreas episcopus Plocensis; Ioannes comes de Tanczin palatinus Podoliae; Lucas de Gorka ss.; Petrus Kmitha comes in Wisznice ss.; Stanislaus Odrowaz de Sprowa ss.

^{a-a} W AT tytuł brzmi: Litterae universales contributionis ducillorum. ^b W rękopisie MK pozostawione puste miejsce.

^c inchoari AT. ^d W rękopisie MK omyłkowo: gesto.

coquens venalem, ex quibuscumque braseis fuerit eadem ipsa cerevisia cocta, hoc est, sive brasea ipsa sint civium et dominorum, sive ex molendino provenientia et emensurata, sive domi facta, a quolibet vase singillatim vel coctura ipsius cerevisiae iuxta locorum consuetudinem antehac observatam, exactionem ipsam ducillorum in manus infrascripti exactoris fideliter solvat, ita ut a maiori coctura alias *varu* plures grossi solvantur et a minori^e pauciores iuxta vasorum numerum et quantitatem et exactoris ordinationem, quam ubi opus et quoties expediens erit, nostra auctoritate faciet et constituet. Notariosque et custodes tam in civitatibus et oppidis quam etiam in villis iuxta arbitrium suum exactor etiam ipse deputabit et iuramento corporali ad fidelitatem illos astringet. Ternarii vero more vetusto circa quemlibet grossum solvendi pro civitatum et oppidorum reparatione conserventur. Tabernatores vero singuli cerevisiam coquentes vel coctam, a dominis tam spiritualibus quam saecularibus ad propinandum recipientes, a quolibet vase mensurae civilis teneantur per unum grossum in manus exactoris persolvere.

Item a medio vase vini alias *polkuffek* florenus cum triginta quadrantibus solvendus, item a *drelink* sive Seremiensi vase vini duo floreni cum sexaginta quadrantibus solvendi. Item a quolibet barilli malmatici et vini Italici unus *orth* cum septem ternariis solvatur. A barilli vero simplicis vini duo grossi solvantur et duo ternarii, a medonis vase communi duo grossi cum duobus ternariis, a cerevisia advectitia sive externa, ut Swydnicensi, Glogouiensi, Theschensi, Bernouiensi et alia quacumque, a quolibet eius vase duo grossi. Et quicumque non soluta prius exactione praefata cerevisiam, vinum, medonem, malmaticum et alium quemcunque potum ex praedictis vendere et propinare in fraudem reipublicae praesumpserit, totum illud, in quo fraudem commisit, seu committere voluit, irremissibiliter amittet et ad poenam regalem solvendam, quoties id fecerit, obligabitur, capitaneusque loci in tales omnes et singulos fraudem huiusmodi committentes animadversionem debitam, veritate rei cognita, non habentes^f respectum ad quempiam, irremissibiliter exequatur. Ad quam quidem exactionem colligendam diligenterque et fideliter exigendam in ipsa terra^g et districtibus eius generosum^h deputavimus. Vobisque omnibus et singulis, quorum interest, mandamus, quatinus praefato viceexactoriⁱ sive ab eo substituto de ipsa exactione ducillorum respondeatis et responderi faciatis. Vos vero locorum capitanei eos, qui rebelles et negligentes erunt et quos ipse exactor deferet, per pignorationes solitas ad solutionem huiusmodi exactionis compellatis sub poenis nostris contra negligentes capitaneos in novis et antiquis statutis descriptis et pro gratia nostra aliter non facturi. Datum Vilnae sabbato ante dominicam Reminiscere anno M^oD^oXXXIII^o [28 II 1534], regni nostri anno XX octavo.

Nomina exactorum publicarum contributionum anni Domini 1534ⁱ.

Maioris Poloniae: Posnaniensis Petrus Ossowski; Calissiensis Petrus Conarzewski iudex; Siradiensis Ioannes Lezenski Przedboriensis tenutarius; Lanciensi Nicolaus Piaskowski castellanus Conariensis; Brzestensis Ioannes Sirakowski; Iuniwladislaiensis Florianus Comorowski; Plocensis Roslanus Crisky; Dobrzinensis Martinus Chelmiczki notarius; Rawensis Mathias Blendowski; Sochaczouiensis Felix Micolaiewski iudex; Gostinensis Albertus Glogowski.

Ducatus Masouiae: Lomzensis et Visnensis Georgius Ihezewski; Varschouiensis Andreas Cziolek iudex; Cziechanowiensis Michael Czerniczki subiudex; Czernensis et Liwensis Stiborius Swiderski; Zacroczimensis et Vischegradensis Andreas Lelowski.

Minoris Poloniae: Cracouiensis Nicolaus Thaschiczki iudex; Sandomiriensis Ioannes Crzikoski; Lublinensis Paulus Szczekoczki; Russiae Nicolaus Derszniak iudex Premisliensis; Podoliae Andreas Czermienski; Belzensis et Chelmensis Petrus Marcinowski.

^e W rękopisie MK omyłkowo: maiori. ^f habendo AT. ^g W rękopisie MK puste okienko. ^h W rękopisie MK puste okienko.

ⁱ Odczyt wątpliwy. ^j Jest to tekst z MK, t. 49, k. 65, opublikowany w AT, t. XVI/1, nr 132, s. 259, 260.